

IMPRIMERIE DE L'UNIVERSITE

CORRESPONDANTS
DE
J.F. BOISSONADE

III
—
N-Z

BIBL.
UNIVERSITE
MS.
1553

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1553





MS
Fiches faltos

Rec. 14
Correspondance
de
J. F. Boissier

III
N. 2

Ms 1553

Illustration, Planchette, 9

24/9

Les deux copies, toutes les fois
qu'il y a eu des principes d'ordre
dans les faits d'ailleurs, amplifiés
et ad l'entente de l'ordre
des textes et Clarté des textes
pour les voir. Et, si mention
en fin que l'on a Clarté
des annotations ad epistolas

Clarté

pour le l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre


l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre

l'ordre de l'ordre







Eduardus Seiler Francisco Boissonade L.

Si forte miraberis, Vir Summe, libri ad
Te missi quum conspexis inscriptionem, adnotatio-
nes Tuas, quas ante hos viginti et quod excurrit
años ad Godofredum Henricum Schaeferum misisti,
a me esse editas, homine et Tibi et toti fere homi-
num Doctorum reipublicae ignoto, id qui factum
sibi cognosces ex praefatione. Quapropter de ea
re eo minus verba facere volo, quo magis id mi-
hi agendum est, ut excusationem abs Te impetrem,
quod non, quemadmodum par erat, priusquam egregiae.

8081
illae copiae prelo committerentur, eius rei Te roga-
verim veniam, praesertim quum tantum, ea quo
cas litteris consignaveris, temporis excurrisset spa-
tium. In ea autem re uti maximum meum con-
fido in clementia et humanitate Tua posibum
esse praesidium, qui tot homines litteratos tanta
liberalitate adjuvare et augere soleas; ita ut intra
quodam meo certo potuerim operare, quae Schae-
fero non alio consilio nisi ut evulgarentur tradi-
disset, ea mihi, cui quasi demandavit ille Longi iterum
edendi provinciam, Te non recuaturum esse: ita sub-
sidiorum illorum me impulit praedium ac praestan-
tia et quod inde novae huic editioni accessurum
esse vidi Decus atque ornamentum, ut sine cunctati-
one illa omnia excudenda curarem; praesertim
quum considerarem, quantum Parisiis et Lipsiae
interiaceat terrae spatium, quod non pateretur
nisi longum demum post tempus ab Te mihi
perferri responsionem. Quo in consilio etiam
illud non mediocriter me confirmavit, quod
quum Schaeferus, cui viro ego etiam ob alia
eaque innumerabilia voluntatis in me et studii
officia non minus obstrictus sum. quam Godofr.

Hermanno praecptori carissimo, omnes illas quas in praefatione recensui copias ultro mihi obtulisset, id eum non temere ac sine eius rei libera potestate fecisse intellexi, ita ut si qua inde existeret reprehensio in eam non me incurrere arbitrarer, qui donum acceperim, sed eum qui dederit.

Sed satis ego iam patientiam Tuam litteris hisce tendasse me sentio, finisque imponendus, quum Te rogavero ut Tibi persuadeas omnia mihi ex voto cecisse, si illud impetraverim, ut meam de benevolentia Tua spem non fallas, meque Tuo favori commendandum esse sinas; quibus precibus has adiungo, ut alterum librorum quos ad Te misi exemplar Tuae, alterum publicae Parisinae bibliothecae inserendum curas, quod ab insigni humanitate Tua me assequuturum esse spero atque confido. Vale Vir Summe mihi que fave.

Idibus Maiis a. MDCCCXXXV. Lipsiae.

Brühl. Plauischer Hof.
3 Treppen.